



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 77. Sessio XXXV. Basileensis Concilii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

## §. LXXVII.

Sæcul. XV.

A C. 1439.

*Sessio XXXV. Basileensis Synodi.*

Nec tamen graves istæ Principum querelæ a Basileensibus impetrare poterant, quo minus illi in ea, quæ destinauerant, præcipiti impetu ruerent, & cæpta demum consilia exequerentur. Quapropter die secunda Mensis Julii trigessimam quintam celebrabant Sessionem, *Sede Apostolica*, ut ajebant, *vacante*. Ubi tamen nova, atque diuturna altercatio oriebatur ex quæstione, an expediret illico novum creari Pontificem, vel an potius electio pro bono Ecclesiæ differenda esset; Præcox quorundam opinio erat, novam electionem omni modo maturandam esse, sic exigente Ecclesiæ utilitate. Verum Joannes Segoviensis celerem novi Pontificis electionem humani quidem, illius vero dilationem ad bimestre divini consilii rem fore affirmabat, dicebatque, honestatem, ac decentiam quantumvis forte periculosam, satius esse sequi, quam utilitatem securam.

*Labbe Conc.  
to. 13. p. 621.*

## §. LXXVIII.

*Bimestris dilatio novæ electionis decreta.*

Vicit Segoviensis sententia, unde Patres bimestrem dilationem decreverunt,

ia